

Sacra Concordia & Amicitia.

cordia & Amicitia. Arbitror propter tabulam utriusque imaginis ab Abrone pictam; de qua Plin. 35. cap. 11. Pompon. Latus, signat Concordia & Esculapio. Vitruvius, Ipsi & Serapidis. Marl. in Topog. aph. Rom. cap. 36. Ego vero (ait) solis & Luna crediderim; cum ex duabus resudibus duorum templorum videamus alteram ortum, alteram occasum spectare: Varroque tradat, Tatium Regem Solis Lunaque ades dedicavisse, qua invicem prope erant. Aptius juxta doctrinam Aegyptiorum, semel invecata eorum religione in Urbem: Isidem vocant Lunam, atque Serapidem Solem. De cunctis jam dictum & suis in diebus dicendum. In hoc templo erat celebris imago Herculis vultu tristi prae insaniae penitentia; de qua Plin. quod dudum. Prado in Parerg. Furor missio à Junone uxorem Megaram, filiosque communes interfecit: ac in deteriora ruisset; ni icu lapidis à Minerva revocaretur in mentem. Natal. Comes, 7. Mytholog. cap. 1. Prae insaniam ipsum etiam Amphiryonem occisurum fuisse; nisi lapide icus, somno se dedisset, eumque lapidem Minervam jecisse: edque Sophonisteram (hoc est, respiciendi auctorem) nominant. Pausan. cap. 290. Hinc summe tristes, cognoscens flagitia facta, postquam à somno surrexit. Adi Delirium in Senecae Tragœd. Hercul. furent.

Templa Solis & Luna.

Hercules panicens.

Ictu lapidis quieti à furore.

Daedalia.

Minora.

Fumo decipia imagine Platae, unde dicta Juno Sponsa.

23 Apud Græcos hac in die celebrabantur Daedala. Meurs. in Græc. feriat. Erant Majora & Minora. Rhodigin. 15. cap. 32. in utrisque fiebat pompa solemnitas. In Majoribus intercedebant anni viginti sex. Idem ibid. sed sexaginta signat Pausanias, cap. 284. Hujus solemnitatis origo in Minoribus Daedalis, quæ apud Plataenses septimo anno duntaxat agebantur, sumpta est à Junonis cum Jove fastidio; eod quod sæpè uxori facum faceret: quapropter illa irata recessit in Euboeam, ex Samo insula, ubi ejus templum magnificum & oraculum cum insigni simulacro; de quo, 9. Novembr. Jupiter ergo, cum vel missis caduceatoribus, Junonis amicis atque dilectis eam placare non posset (ò boni Dij!) ad Cytharonem Plataensium Regem, astu veteratorem callidissimum, consultum venit. Ejus monitu Jupiter simulacrum è ligno fabricavit, illudque pilento regiè ornatum imposuit, prodiditque vulgò, Plataeam eam esse virginem, Asopi (aliter fabulam refert Hygin. n. 52.) celebris Oceani amnis pulcherrimam filiam; quam solemniter ducebat, ut propter nuptias proclamabat pompa. Ut ad aures Junonis præconis pervenit vox, intumè percussa, statim accurrit, ad plaustrum pervenit, vesteque concisà, ligneam effi-

giem invenit, quam novam nuptiam putavit. Unde cum embolium ludicrumque Junoni placuisset, libenter in gratiam cum Jove redijt. In articuli memoriam festa instituta dicta Daedalia; eod quod olim signa ligne dicebantur Daedala. Eusebius, 3. de Præparat. Evangel. cap. 3. Natal. Comes, 7. Mytholog. cap. 16. Chartar. in Junon. imagin. pag. 130. Hinc dicta Juno sponsa, cujus apud Plataenses erant duo simulacra: unum erectæ atque stantis; alterum sedentis, id est nuptæ. Gyrard. synragm. 2. n. 74.

24 Ludi, qui septimo anno fiebant (& Minora Daedala vocabantur) speciali ritu acti. In memoriam reconciliationis cum Jove, Daedalum simulacrum plaustrum impositum, in delubrum Junonis vehabatur; ait Phylarchus, lib. 19. Historiar. cap. 11. sed ridicula observatione confectum. In luco proximo, quo veteres quercus, frusta carniū relinquebant Plataenses, observantes ex qua alites arripissent carnem; nam ex ea sola efformabant Daedalum. Figurato igitur ligno ad Asopi ripas deferunt, ibi exornant. Deinde mulierem in plaustrum impositam novæ nuptæ pronubam, pompæ proficiunt, & comitantur, à flumine in summum montis verticem currum agentes. Ara ibi in ipso jugo parata erat, simulque Daedalum, mactatis Jovi victimis, super eam collocabant, & victimas imponebant: in qua ex igne concepto Daedalum cum ijs omnibus, quæ porrecta erant, exurebatur, vel à longè flammâ visâ. Hac facta in Daedalis Minoribus: nam Majora celebrabantur etiam alijs civitatibus socijs, sexagesimo anno: tandiū enim solemnne sacrum intermissum, cum Plataenses domo ejecti exularent: & festum restauratum, post restauratas à Cassandro Thebas; ut diximus, 2. Januarij. n. 15. Tunc Daedala quaternadena fiebant à cunctis urbibus, & ara ex lignis quadratis, superpositis in fastigium sarmen-tis, ut splendidius tot rerum fulgeret ignis. Pausan. ubi supr. Ibi Daedalus speluncam quamdam tam miro ordine fabricavit (unde subtilis vapor halabat) ut ex humanis corporibus sudorem cum suavitate eliceret & evocaret: unde ægrotantia corpora facile restituebantur sanitati. Quapropter dicta Junonis sponsæ cavea, quasi ejus Numine valetudo reddita. Natal. Comes, d.

25 Inter Aegyptios Thebis sacra Jovi in proprio delubro. K. Aegypt. Sub hujusmodi titulo, novum quidem mihi atque creperum festum: at simili voce expressit Herodotus, ni nomen supremi Numinis inter Agy-

Quid olim Daedalia?

Pompa in Daedalis.

Daedala Majora.

Spelunca Junonis Sponsæ.

Sacra Jovi Thebano.

Agy-

Aegyptios vertere placuisset voce Græca. Loquens ergo de templo Bel, & ejus ornatu; quod nos signabimus, 25. Septembr. à n. 8. inquit: In postrema turri sacellum est aliud, in quo lectulus est splendide stratus & apposta mensa aurea. Statua tamen nulla est, neque hic noctu cubat aliquis præter mulierem unam, quam ex omnibus Deus elegerit; ut narrant Chaldaei, Dei hujus sacerdotes; simulque Deum ipsum ingredientem templum, in hoc cubili conquiscescere; perinde ac Thebis Aegyptiacis, ut ferunt Aegyptij. Ibi enim in Thebani Jovis fano mulier quoque cubat: qua utraque mulier, sicut etiam Dei Antistita Patavis, Lycia civitate, quando ita accidit. Neque enim oraculum ibi celebratur perpetuum: ubi autem id futurum est, Antistia noctu in templo concluditur, &c. Ita Herodot. 1. à num. 53. In hoc templo sacros serpentes sepeliunt: huic enim Deo illos prædicant Thebis dicatos esse. Idem lib. 2. num. 21.

Ritus in templo.

Ibi sacri serpenti ferpentis.

DIES III. MARTIJ.

V. N.

1 G Rad. 13. Piscium, qui felix. Dario. Apud Firmicum, sub illo natus negotiator erit, radiante Mercurio. Aer nimbosus, & pluit. Arcturus emergit elevato Sole, & stat Aquilo. Ptol. De Arcturo 23. Februar. n. 1. & Isag. Jul. à n. 16. Lucida Eridani mare oritur. Junctin. K. A. Alter è Piscibus occidit, juxta Ovid. 3. Fastor. v. 391.

Tertia nox dimensa suos ubi moverit ortus, Conditus è geminis Piscibus alter erit.

Ovid. Nam duo sunt: Austris hic est, Aquilonibus ille

Proximus; à vento nomen uterque tener.

Pisces. Vid. hic Constant. Marsium, & Hygin. de Sign. caelest. n. 29. Latè egimus Isag. Febr. à n. 1. Influxus ex Manil. 5. à v. 656.

Hinc fuga nascentum, dolus insidiaeque creantur: Grassatorque venit mediâ metuendus in urbe:

Et si forte aliquas animo consurget in artes, In prærupta dabit studium, vincetque periculo

Pontan. Ingenium, aut tenues ausus sine limite gressus Certa per extentos ponet vestigia funes:

Et celi meditatatus iter, fastigia pendet Sublimiora petens, populum suspendet ab ipso.

Vir & mulier equitantes animi causa. Sphaer. Arab.

2 Sub hoc die instituit Dominus sacrificium de Agno Paschali, & moneri populum Hebraum de mutuo accipiendâ Aegyptiorum supellectili, demumque Pharaoni denunciari decimam plagam. Leonard. Mar. (de plagâ denunciatione, dice-

Instituitur sacrificium de Agno Paschali.

mus d. 9.) arbitratur absdubio plagas Aegyptio inflatas per annum integrum. Quid tentandum, videtis 16. Febr. n. 2. Sexta plaga ulcerum Aegyptio infligitur. Perer. hic disput. 12. n. 68. & Joseph. 2. Antiq. cap. 5. ex Exod. 9. 10. Anno seq. oblatio Eliab pro tribu Zabulon, cujus Dux erat. Idem in usum Sanctuarij, & holocausta obtulit, quod ceteri Principes. Numer. 7. à 24. Mors Mariæ (de qua die 10. n. 3.) cum filij Israël venissent de Afiogaber in desertum Zin, desertum Cades, & potius (uti notat Adrichom. in Pharan, n. 22.) in ipsam Cades. Alapid. Haye in Chronica. sacra. & Seder-Olam, cap. 9. ubi: Ibi confederunt filij Israël lucrum facientes tribus mensibus. Latebræ exploratorum qui in Jericho missi à Josue, signantur à Serar. in cap. 6. quest. 31. Creperum, an antequam venirent in Jericho, dum ibi essent, vel dum per murum demissi à Rahab. Si in Jericho, dicitur hujus foeminae stratagemata: cap. 2. à v. 6. Joseph. 5. Antiq. cap. 1. & Serar. quest. 10. Hoc enim die capessit Principatum Josue. Alapid. in cap. 1. v. 11. Anno ab hunc septimo, uti diximus die 1. n. 2. antequam fors exiret tribui Juda, accessit ad Josue, socius ejus dum in minoribus esset, gestisque præclarus, Caleb; petijtque à Duce Israël terram, quam ei promiserat Dominus. Numer. 14. 24. id est, montem in quo civitas Hebron. Josue, 14. 12. Benedixitque ei Josue & tradidit ei Hebron in possessionem: v. 13. Ita Gortonid. in Judaic. Histor. Occupata erat civitas à gigantibus, Montem, in quo Enacim sunt. Josue, d. & cap. 15. 13. quam postea cum civibus ac gigantibus delevit: v. 14. uti dicemus, 14. Octobr. num. 1. juxta Tor-

Plaga 6.

Mors Mariæ.

Mansio 33 Cades.

Latebræ exploratorum Jericho.

Signatur sine sorte Caleb, Hebron.

Moritur Aod, & eligitur Samgar.

Oppositio Angeli Perfarum cum Gabriele.

niell. ann. 2720. A concessione Hebron inclyto Caleb, 211. in principio anni, moritur Aod, Judex Israël; & eligitur Samgar. Vide 14. Jul. à n. 3. & 28. Maij, n. 2. Euty-chius, Annal. Alexandrin. hac die signat obitum Aod; qui antequam moreretur convocavit Israël cum Principibus in commendationem legis. Phil. Bibl.

3 Anno 3. Cyri Regis Perfarum hac die incipit oppositio Angeli Perfarum captivitatem Israël tuentis propter Ethnicorum conversionem ad Deum vivum & verum; cum Gabriele in contraria nitente propter Israëlitarum idololatriam, commistorum inter Gentes. Duravit 21. dierum per spatium. Daniel. 10. 4. & 21. ex hoc etiam die Danielis jejunium & oratio usque in 24. Mens. quo die illi apparuit Gabriel, prædicat solvendam captivitatem & quid & sub quibus passuri Israëlitæ, reversi in patriam.

Bbb

Ibid.

Ibid. Chrysof. Orat. 1. Contr. Judaeos, Tertullian. de Jejun. cap. 9. Hieronym. loc. cit. Daniel. & Sanctius hic num. 11. Hoc jejunium sumpsit Propheta in memoriam ritus Israel est panis azymi, id est panis afflictionis insipidi, ut dicitur Deuter. 16. 3. ubi: Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quoniam in pavore egressus es de Aegypto, ut memineris diei egressionis omnibus diebus vite tue. Unde sibi elegit jejunium pro afflictione praefati panis, quod sumere nequibat in Perside, cum extra Jerusalem Phasce celebrare, nefas. Ibid. v. 5. Ita Theodoret. in Daniel. 10. & Chrysof. quod dudam. Solymitani templi aedificatio absoluta a Nehemia. Reufner. Vid. 3. Februar. a num. 1.

Victoria Judaeorum de Galatis.

4 Hac in die signatur a Rauclino victoria Judaeorum de Galatis in Babylone, ex 2. Machab. 8. 20. Sub diversis Syriae Regibus cladem factam opinantur AA. Seleucoque Nicanori, videtur tribuere Joseph. 2. in Apion. & 12. Antiq. cap. 3. Alij Antiocho Magno, de quo ibid. Verum juxta Serar. Alapid. & Marian. hic, sub Antiocho Sotere, filio Nicanoris facta est. Vicerunt Galatae in Macedonia, illis iridente Ptolemaeo Cerauno, ut tradit Justin. lib. 24. sed postremo Galatae omnia excelsionibus perturbant: atque sic in Babyloniā usque pervadere potuerunt. Strabo lib. 12. Idem Appian. in syriac. Unde Babylone regnante Antiocho Sotere, in Aegypto Philadelpho, Summo Jerolymis Sacerdote Simone Justo; Praelio, quod eis (Judaeis) adversus Galatas fuit in Babylonia, ut omnes ubi ad rem ventum est, Macedonibus socijs haerentibus; ipsi sex millia soli peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de caelo, & beneficia pro his plurima consecuti sunt. Machab. loc. cit. Quodnam autem fuerit auxilium de caelo datum, nescitur. Ethnici commentum fuisse signum Salutis in Pentagono, in cujus intervallis insertae litterae Hygia, quae Salus dicta, uti astruunt Coel. Gregor. 2. Hieroglyph. cap. 18. Kircher. in Prodrom. Copr. cap. ult. in Oedip. Aegypt. Tom. 3. Syntagm. 14. cap. 8. & alij plures, qui relati, 1. Januar. n. 15. in fin.

Pentagonus signum salutis.

Antiochus puer eligitur a Tryphone in Regem Syriae.

5 Adhuc parta victoria a Demetrio Nicatore, auxilio Jonathae Machabaei (de qua 22. Jun. a n. 3.) haud destitit a proposito Tryphon; eum expellendi e throno, sequentibus militibus veteranis, quibus ille praefuerat, filium Alexandri Balae, quem in suam potestatem adducere studebat, de manu Emaluelis Arabis educatoris. Tandem, tandem obrinuit, & reverius cum puero in Sy-

riam, concitatis veteranis militibus in Nicatorem, constituit Antiochum Theon Regem imposito diademate. Restitit copijs peregrinis Demetrius, sed a Tryphone victus, in Ciliciam est ignominiosè fugatus, amissis castris, elephantisque simul; cum quibus Antiochus, Duce Tryphone, ingressus est Antiochiam, regni sedem. Tertio Nisan signat Rauclin. ex 1. Machab. 11. a 54. Torniell. Ann. 3910. num. 1. dicit: Anno circiter ineunte.

Fugatur in Ciliciam Nicator.

6 Tryphon, quoniam potentiam sciebat Jonathae, ne ejus auxilio, sicut pridem, Nicator restitueretur in regnum; ad se & Antiochum allicere studuit. Quapropter continuo nomine Regis scriptis, socium & amicum appellans, confirmando illum in Pontificatu, concessis & quatuor Praefecturis. Ad haec aurea vasa & pocula, vestemque purpuream, & jus bibendi in auro (quod insigne privilegium, de quo Serarius & Sanctius hic, n. 30.) insuper & habere fibulam auream, sicut etiam ejus ei pater concesserat, ut dicitur, 23. April. 6. Deinde etiam ejus fratrem Simonem constituit Ducem a Tyro usque ad terminos Aegypti. Jonathas vero tor collatis in se per Antiochum beneficijs, atque honoribus latus (inquit Joseph. 13. Antiquit. cap. 9.) & ipse suos legatos ad eum simul & Tryphonem misit, anticum se & socium professus: gesturumque una bellum contra communem hostem Demetrium; multa de ejus ingratitude questus.

Jonathae regia privilegia.

Simon frater ejus honoratur praefectura militum.

7 Dictum factum; etenim expugnata per Simonem Bethsuræ praedidij fabrica, quae toties negotium facesserat Israelitis (Ibid. a v. 64.) mirabilem obtinuit victoriam de Ducibus Demetrii in campo Afor Tribus Benjamin, ut signat Adrichom. num. 23. igitur fugientibus socijs, quia suboluerunt insidias a tergo; remanentibus duntaxat cum eo quinquaginta viris (ut ait Joseph. loc. citat.) prece in caelum missa, universos adoritur, & fugat. Quam quidem fugam, cum viderent qui fugiebant, reversi interfecerunt tria millia virorum. Totum loc. cit. a v. 57. Petr. Comestor, hic cap. 12. Salian. Turfelin. & Briet. Ann. 3909. Torniell. 3910. a num. 2. Adrichom. 3805. Expositores, D. Thom. Serarius, Sanctius, Alapid. Lyran. & Petavii, 10. de Doctrin. Tempor. cap. 51.

Simon expugnat Bethsuram.

Mirabilis Jonathae victoria.

8 Accedit Jesus denuo ad Jordanem, ubi baptizabat ejus Praecursor, qui coram aliquot discipulis Salvatore signavit eisdem verbis, quibus pridem: nimirum: Ecce Agnus Dei. Hoc verbo novo ac singulari audito, & ab Agno Dei interne allecti, quin tracti praeventionem dulcedinis cognosce-

Christi gestus.

rent; eum secuti sunt duo ex Praecursoris discipulis, illaque die manserunt cum illo ab hora decima usque in dubium lumen. Unus ex illis erat Andreas, frater Petri; alter (ut fertur) Joannes Evangelista. Ex hoc, 1. a 37. Alapid. in Chronar. n. 11. Adrich. Ann. Christi. 30. & Marian. n. 4. Ann. 32. orandi gratia Jesus secessit in desertum, ubi a Petro & turbis mox inventus, ut illas fugeret; jusit discipulos transfretare: & in navi obdormiens, orta tempestate, a discipulis excitatus, cuncta imperio sedat. Alapid. d. & Marian. n. 9. Hodierna lectio Judaeorum in Synagoga constabat ex Levitic. 6. v. 1. usque in 9. 1. & Jerem. 7. 21. usque ad 8. 4. Lamy.

Sacra Potentia & Severitatis.

Imago Potentiae.

Alexandri Magni.

9 Romae Sacra Potentia (seu Potestati) atque Severitati. Plutarch. de Dieb. Ita Romani colebant, quippe Numina astruunt & timor & amor & honor. Unde quantum auguror, eadem harum Deastrarum divinitas, ac venerabundae Majestatis, de qua 1. Maij, n. 12. & Isagog. Octob. n. 21. Imago ergo potentiae, erat homo cidari redimitus, habitu militari, fulmen tenens & hastam, insignia supremae potestatis, qui a Victoria coronabatur. Hemelar. in Numism. aureis. fol. 48. Tabul. 15. Hac de causa Magnus Alexander propter summam potentiam ab Apelle ornatus fulmine, pictus, a Lysippo hastam in dextera vibrans. Unde de Iside & Osirid. Plutarchus ait: Lysippus Apellem arguit, quod Alexandrum pinctum fulminantem, quod nec fecerat, nec unquam facturus esset: ipse vero hastam tenentem finxerat, veram, & Alexandri propriam, cuius gloria nunquam esset intermoritura. Idem apud Causin. 3. Symbol. 10. Inter Aegyptios supremae potentiae hieroglyphicum sceptrum oculatum cum fulmine. Tabul. Bembin. & Herwart. in Theatr. figur. 3. Unde Kircher in Mensa Isiac. cap. 5. inquit: Vitam caelestem divinus arbiter potenti virtutis suae sigillo impressit.

Discrimen Potentiae & Potestatis.

10 Sed videor mihi videre, ut quidem tangor, non adorari a Romanis potentiam, Numinis propriam; sed illius ab illis ut domarentur participatam; eò quod plus honorabiles, quò magis potentes, de quo dictum sub nomine Potentiae vel potestatis, 4. Februar. n. 13. Hinc apud Hemelar. d. Tabul. 28. erat potestatis imago inter insignia militaria, tenens hastam cum paludamento, in apparatus bellicae expeditionis. Potentiam & Potestatem (Potentiam, auguror posse, aut valere: Potestatem, usum potentiae) Materas Deas designabant Graeci. In Tom. I. Ephem.

cujus templo nulla imago, sed arma pro Numine colebantur. Hastam nominantes (ait Pausan. cap. 315.) Divinitatis nescio quid inesse declarat splendor qui ex scepro ab hominibus cernitur; agemus ex professo, 8. Decembr. equidem dicebatur Sceptrum Jovis. Pier. Valer. Hasta, summus honor: ait lib. 42. cap. 23. Causin. 10. Symbol. 18. Asphodelus dicitur Hasta Regis: id est, Sceptrum regale; nam hasta olim pro sceptris erant. Significat potentiam, & imperijs duriores etiam animos flecti, & impelli ad ea quae minime facerent. Nihil enim ad movendum in rebus humani hastata regia potentius. Scythae gladium vocant Martem: refert Chartar. pag. 268. Idem Justin. Histor. lib. 43. Pro Divis immortalibus Veteres hastas coluere; quod etiam de Romanis asserit Arnob. lib. 5. ex Varrone, & Plutarch. in Mario. Expressius in Romul. ubi: Sunt (ait) qui Hastam antiquitatis, aut Cuspidei Quirini nomine appellatam, tradant. Sic & in Regia dedicatam Hastam, Martem vocatam; lanceaque honorare solitos, qui in bello virtutem suam ostendissent. Ita Romulum, tanquam Martium, Quirinum cognominatum fuisse. Idem asserit Rosin. 2. Antiq. Rom. cap. 17. & Alex. ab Alexandr. 6. cap. 26. Sil. Italic. de Flaminio Coll. 5. v. 117. accinit dixisse:

Sceptrum Jovis.

Hasta Regis. Arma Ethnicis Numina.

Imagiv

Actus

Sat magnus in hostem
Angur adest ensis, pulchrumque & milite dignum.

11 Materas Deas (ait Gyrard. Syntagm. 1. n. 25.) cultas ab Antiquis legi, quibus hasta dicantur affigerenturque. In Sicilia urbs celebris harum Dearum religione; quarum templum a Cretenfibus positum fuisse, ferunt; ubi hasta quaedam ostendebantur, & ex ere cassides; & haec quidem Merionis, illa vero Ulyssis inscriptiones habebant. Quae Materes Gallorum tela suere. Totum excerptum ex Plutarcho, in Marcello, referente astum Niciae Enguini, de quo 20. Februar. n. 24. Hinc blasphemiae Ethnicorum in sua Numina. De Capaneo Staius, 3. Thebaid. a v. 307.

Dee Materas.

Virtus mihi Numen & ensis,
ades d mihi dextera tantum.
Tu Praeses bellis, & inevitabile Numen.
Idem Apollon. Rhod. 1. Argonaut. a v. 466. & Mezentius apud Virgil. 10. Aeneid. v. 772.

Staius.

Dextra mihi Deus, & telum quod missile libro.

Virgil.

12 Imago Severitatis (cui etiam cum Potentia fiebant sacra, & adorabant qui vultum amulabantur Caronis, quasi specimen ingenitae majestatis) foemina torvo

Severitatis sacra, & imago.